

- 135 Quis tam stultus est, qui contra voluntatem dei
aut sibi assumere aut alteri consilium dare velit?,
audiat contra nec nos^c tam stultos esse, ut hec ad illos
vel contra illos dicamus, qui in scripturis sanctis sciunt
<...
140 ...>
agere vel fugere debeat, inveniri possunt, sed ad il-
los et contra illos, qui aut hoc nesciunt et a scientibus
querere nolunt vel certe, quod his gravius est, scien-
tes et contra tenentes prætergredi et contemnere
145 præsumunt priusque quam oraculum domini consulere dig-
nentur, ex suo sensu, quæque sibi de causis singulis
eo tempore utilia videntur, definire atque^d
statuere minime metuunt. Et nec hoc sicut
nec de omni homine, ita nec^e de omni minori consilio,
150 unde quilibet mediocris vel pauper in praesenti sæculo
vel in futuro subsistere debet, dicimus, sed de rege
et regno tractamus^f. Cui non frivolum, sed stabile
f.5^r et^g ad perpetuam capiendam salutem secundum voluntatem domini
dare consilium optamus, per quod et ipse et, quantum ad
155 ipsum pertinet, populus sibi^h et in praesenti
sæculo salvus subsistere et ad beatitudinem sempiter-
nam feliciter cum ipso pariter valeat pervenire, quia
nulla dubitatio cuiquam esse debet, si tam de sua
quam de populi causa verum rex consilium quærere
160 voluerit, quod verissimum in scripturis sacris
secundum voluntatem dei in<venire> poterit
eius inspiratione, de quo supradictum est:
Mea est sapientia *meumque*⁴⁰ *consilium*; *per me*
principes imperant et potentes d<ecernunt>

d') atque Hs. e') über der Zeile nachgetragen Hs. f') aus tractamur verb. Hs. g') am Rand nachgetragen Hs. h') kaum lesbar Hs., nach den Buchstabenresten etwa a deo traditus/creditus zu erschließen

⁴⁰) Prov. 8, 14.16.